

Alte Drucke

Rectore Magnificentissimo Serenissimo Principe Ac Domino Domino VVilhelmo Henrico Dvce Saxoniae ... Qvaestionem: An Elector Saxoniae Johannes ...

Schmeizel, Martin

Jenae, [1718]

CAPUT III. DE ORIGINE ET AUCTORIBUS CALVMNIAE IN PISSIMOS JOHANNIS MANES, EVIBRATAE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174497

CAPUT III.

DE

ORIGINE ET AUCTORIBUS CALV- MNIÆ IN PISSIMOS JOHANNIS MANES, EVIBRATAE.

Argumentum.

Fabulam de Apostasia Johannis El. Pontificii probare
conantur, ex Epistola quadam Johannis Friderici
El. Johannis Filii, ad Duces Bavaria data. Quae fide-
liter descripta in medium profertur. Ante obitum
Joh. Friderici nihil unquam de illa Epistola auditum
fuit. Job. Nass pro primo fabula auctore habetur,
quem secuti sunt Andr. Fabricius, personatus Ungers-
dorffius, cujus verum nomen detegitur, Keddins,
Klibniz alii, quos diligenter refutarunt diversis locis
& tempore D. Zeamannus, Alberti, Brucknerus,
alii. Quorum labores atque scripta seq. Cap. in medium
proferuntur.

I.

Nullum esse mendacium aut fabulam, quam
vis futilissimam, quin auctores sui rationibus
eam statuminare pro virili allaborent, experientia edocti
novimus; Idem etiam circa calumniam & fabulam de
Johan-

Johannis Constantis Aposthasia evenire, ipsa hujus fabulæ nos docet Historia.

II. Quod si enim quæras qua veritatis specie demonstrare possint Pontificii, laudatum Electorem Johannem, Constantem, minime fuisse constantem, adeoque brevi ante obitum in sua castra profugisse, statim, ecce, in promptu iis est responsio, dum ad *Epistolam* quandam Johannis Friderici, Johannis Elect. filii & successoris, provocant, in qua mortem pariter ac defectionem Parentis sui, bigæ fratrum *Wilhelmo & Ludovico Bavaria Ducibus* apertissimis verbis significaverit, quæ eo minus in dubium vocari possit, quippe quod authenticum ipsum hodie adhuc, in tabulario Electorari quod Monachii est, pertinenti cura asservetur, pace tamen & permissione Electoris, superioribus annis haud simplici vice descriptum, fideque ac testimonio Notariorum juratorum corroboratum, in apriculum deductum esse constet; quo argumento hoc de Johannis defectione assertum, tam clarissime demonstrari posse putant, ut nullus dubitandi amplius locus superesse queat.

III. Attenim vero quam lubrico singula hæcce nitantur fundamento, ex subsequenter planum fiet. Interim ut ii, quibus forsitan de Epistolæ illius venditæ tenore nihil hæctenus constitit, & legere eam & cognoscere, dumque, eam ad lydium lapidem suo loco deducturi sumus, eo facilius de re controversa ferre possint judicium

cium, e re utique futurum putavimus, Epistolam illam decantatam convenienti hoc loco apponere, & quidem eo tenore, quo in libro illo, qui sub Tit. *Augustana & Anti-Augustana Confessio*, auspiciis Leopoldi Comitiss de Kollonitsch Vindobona prodiit A. 1681. 4. pag. 129. ff. expressam deprehendimus.

IV. Hæc vero fideliter exinde descripta ita sonat: *Unser freundlich Dienst, und was wir allezeit Ehren, Liebs und Gutes vermögen zu vor, Hochgebohrnen Fürsten Freundlichen Lieben Oheimen.*

Wir geben Euren beeden Lieben, mit betriebltem Herzen zu erkennen, dass der Hochgebohrne, Unser gnädiger lieber Herr, und Vater, Herzog Hannss Chur-Fürst zu Sachsen &c. am Freytag schirft um den neunnden Seger, auf den Tag, als ein christlicher Fürst mit Tode verschieden, des Seelen der Allmechtige Vater durch Christum unsern Herrn barmherzig seyn wolle. Derselb unser lieber Herr und Vater, seeliger Gedächtnis, ist hievor in seiner Schwachheit durch den Geist Gottes angeregt, und dardurch herzlich bewegt worden, sich zu aller christlicher Religion zu wenden, und mit der Mutter der christlichen Kirchen wiederum zu vereinen, hat auch darauff nach christlicher Ordnung alle Sacrament, den Leib Christi, die Heil. Beicht, und Oelung, in hieziger Lieb und Demüthigkeit angenommen, und empfaben, und alibald in seinen Lieb Fürstenthumb einen Druck ausgeben lassen, dass alle neu gemachte Ordnung der Kirchen aufhebt, der Luther, auch andere Prediger und Anhänger der Seelen ferner nicht gedult werden sollen. Und in einen

VI. Ante verò quam id fiat, e re utique visum fuit, brevem præmittere Notitiam Historicam, ut Lectori constare possit, (1.) a quo primum hac Epistola in apricum fuerit protrusa, (2.) ubi & quoties cusa atque recusa, (3.) qua hanc ob rem integro ab hinc, & quod excurrit seculo, agitata sint controversie, denique, (4.) a quibus in examen passim vocatum & discussum fuerit, hoc de Apostasia Johannis Constantis, lubricum pariter ac ludicrum Pontificiorum fundamentum.

VII. Quantum itaque ad *Originem & natales* hujus fabulæ attinet, ex Historiarum monumentis liquido constat, nihil quicquam de hac materia, ante Johannis Friderici El. obitum, qui A. 1554. contigit, publice in literas fuisse relatum, imo nec ante finitum concilium Tridentinum A. 1564. vel per auditionem cuiquam de Epistola illa constituisse, finito vero illo concilio, ubi omnis spes decolasset, reducendi Lutheranos in sinum Ecclesiæ Romanæ, Pontificii novas inserunt vias ac rationes, quibus fascinare illorum animos possent, quæ tamen, pari ratione, ut hæcenus tentati modò, omni caruerunt eventu.

VIII. Inter has vero novas machinationes merito principem locum occupat, Epistola illa, quam supra vidimus, ficta & supposititia, nullo alio sine adinventæ, quam, ut, partim fucum orbi Romanenses facerent, quasi omnis Johannis Friderici El. adversa fortuna, exinde originem traxerit, quod suo ipsius malo neglexerit, Parentis ultimam

und vertrauliche Verwandlung, so vor Jahren wie Eur Liebden ohn
Zweifel wissen, das Haus Bayrn und Sachsen gegen einander
gehabt, wiederumben erquickte, und freundlich erhalten werde.
Datum in unserer Statt Wittenberg am Sonabend den 24. Aug.
Anno 33.

Von Gottes Gnaden Johann Friderich Herzog zu Sachsen, Chur-
Fürst, Landt-Gräfin Düringen, und Marggraff zu Meyssen &c.

Inscriptio ita se habet:

**Dem Hochgebohrnen Fürsten unsern Freunt-
lichen Lieben Oheimb, Herrrn V Vilbelmen und
Herrn Ludovigen, Pfalz Graffen bey
Rein, Herzogen zu Ober- und
Nider Bayrn.**

V. Atque hæc est decantata illa, totiesque excusa atque
recusa Joh. Friderici Epistola, in qua Pontificii omne
suum in hac controversia quærunt præsidium, quam ne-
bulo quidam, quisquis ille sit, nefario ausu finxit, orbique
obtrusit, magna certe cum contumelia constantissimi
illius confessoris, majori vero injuria in famam filii &
successoris illius Johannis Friderici, cui hanc Epistolam
impostor quidam, ex Pontificiorum grege sceleratissimus
affinxit, ceu infra suo loco demonstratum sole meridiano
clarius, dabitur.

VI. Ante vero quam id fiat, e re utique visum fuit, brevem præmittere Notitiam Historicam, ut Lectori constare possit, (1.) a quo primum hac Epistola in apricum fuerit protrusa, (2.) ubi & quoties cusa atque recusa, (3.) quæ hanc ob rem integro ab hinc, & quod excurrit seculo, agitata sint controversiæ, denique, (4.) a quibus in examen passim vocatum & discussum fuerit, hoc de Apostasia Johannis Constantis, lubricum pariter ac ludicrum Pontificiorum fundamentum.

VII. Quantum itaque ad *Originem & natales* hujus fabulæ attinet, ex Historiarum monumentis liquido constat, nihil quicquam de hac materia, ante Johannis Friderici El. obitum, qui A. 1554. contigit, publice in literas fuisse relatum, imo nec ante finitum concilium Tridentinum A. 1564. vel per auditionem cuiquam de Epistola illa constituisse, finito vero illo concilio, ubi omnis spes decolasset, reducendi Lutheranos in sinum Ecclesiæ Romanæ, Pontificii novas inserunt vias ac rationes, quibus fascinare illorum animos possent, quæ tamen, pari ratione, ut hæc de his tentati modi, omni caruerunt eventu.

VIII. Inter has vero novas machinationes merito principem locum occupat, Epistola illa, quam supra vidimus, ficta & supposititia, nullo alio sine adinventæ, quam, ut, partim fucum orbi Romanenses facerent, quasi omnis Johannis Friderici El. adversa fortuna, exinde originem traxerit, quod suo ipsius malo neglexerit, Parentis ultimam

volun-

voluntatem exequi, partim etiam, ut reliqui Protestantium Principes ex Johannis Friderici El. exemplo cautius mercari discerent, conciliique Tridentini Decretis, in tempore subscriberent, ni eandem cum Joh. Friderico subire vellent fortunam.

IX. *Primus* itaque, quantum quidem certo constat, qui fabulam hanc finito statim Concilio Tridentino, in publicum protulit JOHANNES NAS, homo cucullatus fuit in dem *fünfften Hundert Evangelischer Wahrheit* cap. LXV. & in altero Tract. quem inscripsit, *Ausmysterung des Carten - Cordi - Buchs* (ita profano hoc Tit. Formulam Concordiæ fugillat) pag. 25. & 40. qui prodit Ingolstadii 1581. 4. Ex quo turbido Nasii fonte haustam, septennio post *Præfationi* suæ ad Duces Bavariæ, inseruit ANDR. FABRICIVS Leodiensis, quam præmisit *Harmonia Augustana Confessionis* a se adornatæ, quæ prodit Colonia 1587. fol.

X. Deinde pullum hunc pestiferum *Seculo XVI.* exclusum, sub initium *Seeculi XVII.* de novo in apicem produxit lucifuga quidam ANONYMVS im *Gesprach von den fürnehmsten streitigen Puncten der christlichen Religion. durch einen eifrigen Catholischen Weltlichen Geistlichen* pag. 431. ejus *Matæologi* Dialogus prodit Moguntia 1607. 4. Horum vestigia brevi post secutus est personatus *Pseudonymus* CHRISTOPH von LINGERSDORF in der *christlichen Gratulation oder Glückwünschung an*

die Evangelische Land Stande in Oesterreich, wegen behaupteter Augspurgischer Confession, quæ prodiit 1610. 4. ubi pag. 262. ff. crambem hanc foetidam atque pudidam, denuo recoctam legimus, cujus nefarii foetus auctorem esse famosum illum transfugam Casp. Scioppium, cui socium facinoris se præbuit Jesuita Jac. Kellerus, ex Hier. Brückneri gründlichen Vorstellung §. XVI. discimus.

XI. Quamvis vero D. Zeamannus, hos impostores cum putidis suis mercibus, mascule rejecerit, ceu suo loco dicitur, nihilominus tamen circa A. 1653. fabulam hanc rursus repetere ausus est, Jesuita JODOCVS KEDDIVS *in seiner Schuldforderung, Parte III.* statim ab inito; cujus & antecessorum vestigia, post aliquot annos presit alius quidam *Pseudonymus*, qui 1678. sub Tit JOHANNIS THEOPH. KLIBNIZENS *beyder Rechten beflissenen in Wien* publicavit: *Sendschreiben an den Ebur-Fürsten zu Sachsen, wider Valentin Alberti ubi Lit. K. facit. 1. & 2. Apostasiæ Johannis mentionem injicit.*

XII. Hujus nefarios ausus cum laudatus Alberti rejecisset, post aliquot annorum decursum, signanter 1678. denuo fabulam illam in scenam vocavit ANONYMVS quidam, æque ac consortes sui, mendax atque effrons in libello cujus hunc novimus Titulum: *Epbemerides oder Kurze Tag- und Jahr-Geschichte vom Anfang und Untergang des Lutherischen ersten Evangelii, und des Melancthonis Augspurgischen Confession, auctore G. W. J. Philo-*
Ger.

Germano 1678. 12. in quo p[er]sum eandem cum sociis suis reciproc[ate] ferram, dum *pag. 268. seq.* Epistolam illam in medium profert, sed ab aliis exemplaribus non simplici vice differentem, ceu infra ex instituta collatione planum fiet.

XIII. Tandem Anno 1681. nescio quam ob causam, cum primis nundinas agitarunt cum merce illa Epistolari putida, hostes veritatis infensissimi, dum crambem illam multoties coctam, recoctam, totiesque rejectam rursus recoquerent, Jesuitæ *Pragenses*, & eodem Anno *Windobonenses*, dum Epistolam illam iteratis vicibus magno studio & fervore in publicum protulerunt, ut demonstratum dedit *D. Alberti in Refutatione Augustana & Anti-Augustana Confessionis pag. 300.* Eodem hoc quoque Anno insertam legimus prædictæ jam *Aug. & Anti-Aug. Confessionis*, auspiciis *Leopoldi a Kollonitsch* publicatæ *pag. 129. seqq.*

XIV. Atque ex illo tempore p[er] XL. & quod excurrit annos, sepulta & demortua quasi jacuit lepidissima illa de Johannis Constantis Apostasia, fabella, usque dum nostro hoc ævo, rursus eam ex orco dicas, suscitavit, supra jam nominatus sycophanta Pragensis JOHANNES KRAVS *im Historischen Beytrag für das zweyte Lutherische Jubel-Jahr, ad A. 1681.* qui partes nugitenduli, mendaciorumque consarcinatoris, vix adimpleturus sibi visus est, nisi hanc quoque inter multas alias, fabulam, superpondii quasi loco, penù suo mendaciorum copiosissimo, adderet adjiceretque.

CA-